



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLII. Item de Martino de Golin, & bello ipsius mirabili.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ordinis Teut.

Conradus à Tisberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.

Martini solvissent, ipse erepto gladio ambos interfecit, & soluto fratre illo à vinculis, ambo processerunt contra tres alios & eos etiam peremerunt, & extunc ad castrum de Redino sine deviatione aliqua sunt reversi.

CAP. CLII.

*Item de Martino de Golin, & bello
ipsius mirabili.*

HOC etiam tempore XX. Prutheni Poloniam deprædati sunt de mandato fratrum de Redino. Martinus de Golin prædictus cum XVII. sociis sequebatur. Qui Prutheni reversi de Polonia invenerunt custodes Martini dormientes, & occiso uno alium postquam numerum sociorum ejus & locum ubi essent indicasset ad arborem ligaverunt. Quo facto irruerunt in eos hostiliter, Martino & sociis suis viriliter se defendentibus ex adverso; Multi sunt ex utraque parte graviter vulnerati. Quod cum videret quidam socius Martini, qui nudus fluvium vicinum ad capiendum cancos transnavit, reversus arripuit gladium & clypeum cujusdam interfecti, nudus intravit pugnam, qui horribiliter sectus & vulneratus ab eis, ita quod in pluribus locis magna frustra de suo corpore dependebant, adeo fuit inter eos durum bellum, quod, fatigati utraque parte voluntariè consentiente omnibus vicibus quieverunt, & toties novam pugnam resumptis viribus sunt aggressi. Tandem cum jam omnes Christiani & Prutheni essent mortui, ille custos, qui ligatus fuit ad arborem solutus à vinculis venit ad locum certaminis, & solum Martinum semivivum invenit, quem positum super vehiculum equos, arma, & res alias Pruthenorum secum duxit in Redinum.

CAP.